PAVLI BVSII IVRIS-CONSVLTI

DE

IVDICIO FINIVM REGVNDORVM.

Et eidem cognatis quæstionibus Responsorum

DECAS VNA.

Ex Legato Ill.mi Coccini

FRANEKERÆ,
Excudebat Fredericus Heynsius, Typographus. Anno, 1617.

ILLVSTRIBVS ET PRÆPOTENTIBVS ORDINVM FRISIÆ DELEGATIS S. P. A. D.

Edituro mihi de Finali Quæstione VIRI PRINCIPES responsa hæc, cui dicarẽ ea consiliũ in ancipiti erat. Ac vt gratificarer eo quandoq; modo vobis, inuitauit me præclarus Reipulicæ Vestræ Status. qui placuit quidem olim etiam cum in Vniuersitate Franecerana iuris initia haurirẽ, at cum eadem firmandi causâ apud exteros populos in exteris academijs adolescentiã transegissem, & post annos aliquot redijssem Leowardiã causâ rei meæ priuatæ, tum demum iudicio meo longè videbatur excellentissimus. Vobis vero Viri Nobiles & Amplissimi, dedicationẽ hanc acceptam fore fidebam, quod nusquam viderim priscam, hoc est, ingenuam iurisprudentiam arctius coli atq; in aulâ vestrâ supremâ. De quâ scribere audebo, me nusquã vidisse politiora hoc est, ingenuæ Iurisprudentiæ pleiora, quam responsa eorũ nõ pauca vel Senatorũ vel Aduocatorũ illius, ãte hac mihi visa. Forsitã verò & alijs peccasse viderer, intermissâ Doctorũ allegatiõe abundantiore. Sed quã testari volui cum nonnullis, eam iurisprudentiæ nostræ

& amplitudinē & præstantiam esse, Vt, si hypotheses plerasq; ad ipsarum legum referamus definitiones, atq; in dubijs ad principia redeamus, etiam id quod in speciem iure nostro definitum non videtur, definiri ex penitiori eiusdem recessu sine difficultate posse. Pellicebat me nunc potissimum occasio gratulandi Vobis nomine vestræ Vniuersitatis. Cui, (laudabili profectó decreto) Amplissimum Virum Marcū Liclema á Niholt ex illustri legatione, quā iā aliquot ānos patriæ nomine, cū inter Ordines Vnitos, tum eorundem nomine ad confines populos, functus erat, ante bienniū in iurisprudentiæ ātecessorē academiæ vestræ legistis. Propositum igitur hoc meum nec improbabat Vir clarissimus Christopherus Sticke I.C. Dauentrius, Illustrium Comitum Bentemiensiū, Tekelenburg. Limburg. consiliarius familiaris meus. Vobis igitur opera exigua hæc in vicem arhæsit, donec propensionē animi erga Vos nostri, testemur monumento industriæ nostræ pauló graviaori Valete mihique si merebor. V V. P P R. fauete.

Vestræ, Clementiæ,

deuotus Paulus Buis I C.

DE FINALI QVÆSTIONE ET ALIIS EIDEM COGNATIS RESPONSORVM DECAS I,

An & Quatenus Finalis quæstio inter binos eiusdem Domini Colonos sit.

CONSVLTATIO I.

FInalis Quæstio seu actio Finium Regundorum inter confines locum habet, *l.2.§.hoc iudiciũ.penult. fin. reg.* hoc est dominos diversos prædijs rusticis sibi mutuo vicinos. Diversos inquam, quia ea non est inter colonos domini eiusdem. Cum quia quisque suæ rei moderator sit ac arbiter, *l.in re mandata. C. mand.* eóque fines fundi sui auget vel minuit prout ipsi videtur, *l.locus. 60.de verb. sinif.* Tum quia hæc actio admixtam Vindicationẽ habet, *not.in l.1. hoc tit.* quæ inter non dominos dari non potest. *not. in l.in rem. de rei vind.* Vnde quæsitum est, cum proprietarius diuersorum in eodem pago fundorum, eâ lege prædium vnũ Seio locasset, vt intra fines eiusdem tantum exerceatur caupona, alij s tamen colonis id non inhibuisset contractibus suis: an vi contractus cum Seio initi, Sempronius colonus alter qui & ipse cauponam exercere conabatur, eâ re possit prohiberi

hiberi. Dubiũ movebat argumentum à simili *ex d. l. d. locus*. Quod nimirũ vt corpus fundi cuiusqz augeri vel minui, ità & similiter ius ac commoditas à Domino addi fundo demiue medio contractu possit, & quod ortâ quæstione finium, sequimur demonstrationem quam significauit is qui dõinus erat prædij vtriusqz l. *pen. cum sim. ff. fin. reg.* Augebat litẽ, quod colonus vterqz conduxerat in sexennium, eóqz videbatur quisqz contractu suo ius in rem nactus *argum. l. 1. §. quod autem ait Prætor. De superf. iunc l. vlt. D. si ag. vec. pet.* & consequenter vnus etiam prohibendi alterum non iniquam facultatem. *argum l. z. §. finium. fin. reg.* Nam cum locatio ista fere pro alienatione sit. *d. l. vlt. si ag. vect. pet. & ibi.* DD. videbatur quod quẽadmodom alienatione vnius prædij é pluribus, seruitus cõstitui prædio alteri potest, vel retineri, *l. is qui duo. 29. de. seru. præd. rust.* ità & quasi alienatione hac, pro tempore fieri posse idẽ. Idqz facilius argumento summæ, cognationisquæ est inter locationem ad tempus longum & venditionem. *l. z. lo. cond. §. adeo. Inst. eod.* Parumqz ad rem facere videbatur, quod seruitus hæc propria non esset, quia nec perpetua *per l. 4. de seru rust.* Quandoquidem in proposito satis sit dominum posse quoquo modo iure aliquo vel commoditate, prædium vnum

num in damnum alterius gravare, quæ saltē sit similis servituti, *l. Gaius. 12. De ãnu leg.* At exaduerso mouebatur, quod colōi diuersi vnius domini, ni ipsi quoqz contraxerint inter sese, sibi inuicē obligati in proposito nulla ratione sint non inquam ex contractu vel quasi, non delicto vel quasi, Non quidem contractu vel quasi, quandoquidem de eo nihil inter ipsos actum paret adeoqz hic de nulla constat communione. Quantum enim ad contractum Seij attinet, tantum abest vt is obligarit Semproniū, vt ne ipse quidem Dominus eum ex hoc prohibere exercitio cauponæ queat, quippe cum res inter alios acta non præiudicet alijs *per vulg.* Perinde nec ex delicto vel quasi actio esse posset quia exercitiū cauponæ sit per se res licita, adeoqz si lenonia absit, omnino hōesta. Vnde & consequitur nullā etiā hoc nōine actionē futurā in factū, cū nulla æquitas postulet ut prohibeatur quis exercitio rei honestæ. *arg. l. 1 1. De præscrip. verb.* Deniqz nec Finium Regundorū actionem hic locum habere palā est ex eo, quod hæc solūmodo exercetur inter dōinos diuersos prædijs rusticis sibi mutuo cōfines *l. 2. h. t.* adeoqz ista ipso effectu continet rei vindicatiōem *l. 1. D. & l. 3. C. eod.* Sed neque utilis eadem esse potest. nam quod dicimus, Inter emphyteutas eosque qui ad tempus longū conduxerunt, eandem v-

tilem

tilē dari *l. si d. loci. 4. §. finium eod.* id nunquā aliter est acceptum, quā si de finibus ipsis agatur, quod in proposito non ita est. Proinde sic statuendum, Sempronium in ea specie á Seio cauponâ prohiberi nullo medio posse. Nec ad rem facit quod dicimus, cuiqz patrifamilias ius esse augēdi prædij sui vel minuēdi *.d. l. 60 de verb. signif.* quia id ita accipiēdū sēper est, ne fiat cum damno tertij *.l. Imperatores .17. de seru. rust.* Plané tametsi pactum, vti iam propositum, cum Seio fuerit, tamen quia id fundos alios non afficit, neque iure emphyteusis. neqz feudi, neque seruitutis, prohibitionē eam nullo censeo niti iure. Ac tametsi illud non leuiter huic definitioni videatur aduersari, quod alienatione vicini prædij constitui vel retineri seruitus prædio alteri posset *d. l. is qui. 29. de seru. rust.* magis tamen est id ad locationem sexennalem, transferri non posse. Principio enim cum dominium ipsum (quod Doctores directum dicunt, *Bart. & alij in l. si ag. Vect. per*) ipsius maneat locatoris, obstaret ei rei quod dicimus, Rem suam nemini posse servire *l. Vtifrui 5. D. si vs. pet. l. in re comuni. 25. De seru præd. vrb.* Dein & si seruitus ita constitui posset eadem aut realis foret aut personalis. Realis quidem esse nequit, quia non foret perpetua. *l. 4. de seru. fac, l. foramen. de seru. vrb*

Sed

ſed neqz perſonalis eſt: Quia hanc metimur ſtatu aut vitâ eius cui illa debetur, eadē qz in hæredem nō tranſit. *tot. tit. ff. quib. mod. vſ. amit.* Hæc autem contra vitâ non finitur, & in hæredem tranſit, ex notis locati conducti regulis. Denique & gravamine aliquo verbi gratiâ, annuæ præſtationis, vel paſtus prædio alicui impoſito, etiamſi id oneris intuitu quandoque ſeruitutis nomine veniat. *l. pecoris. 4. de ſeru. ruſt l. Mela. §. fin. de alim. leg.* Tamen id fit quod & inſtar ſeruitus perſonalis vitâ finiatur. ſed et alias id creditur fieri minus proprie. *d. l. Gaius. de ann. leg.* cóqz hoc nōine magis actionē ex teſtamēto aut fidei commiſſi petitionē aut alias actiōem ex præuio cōtractu eſſe, quam veram ſervitutis vindicationē. *arg l. Lucio. de alim. leg. Bart & alij in l. vt pomum de ſerue. ruſt. & l. item Mela de alim. leg.* Ex quibus evenit à Scio Sempronium prohiberi cauponâ non poſſe.

An ergo hoc nomine Scio non etiam ex conducto actio ſit in dominū locatorem. Reſpondi nihil proponi cur ea danda non ſit. *l. ex conducto. 15, & tot. tit. loc conduc.* Atqz ita reſpondi conſultus à Prætore Zvvollano in cauſâ colonorum viri nobilis Borchardi â VVeſterholte.

De Finibus Riparum ipso Fluminis alveo distinguendis.

CONSVLTATIO 2.

Posse ssores ripæ Oostermadanæ in Transisulania cis sinum Meridionalem, ab immemoriali usque tempore, eiusdem ripæ incrementum iure alluvionis possidebant. Idēqz ab Insulis Reipubl. Vicinæ lato & navigabili flumine Bierdiep erat distinctum, quæsitum est, an procurator reipublicæ id vindicare civitati possit- idqz iure donationis à pontifice Vltraiectino quōdā trā sisulāiæ Principe, reipublicæ collatæ. Dubium mouebat, quod donatio ea indefinita erat de quacunqz alluvione cis ostium Isulæ accedente. Præterea quod incrementum propositumexiguo alveolo à continenti Ripâ sepa ratur, per quem tamen ire vado possis.

Magis tamen est incrementum cedere ripæ Ostermadāæ. quia quod per alluvionē agro alicuius adijcitur, id eiusdē domino quæritur. l. *adeo 7. § .1. de acq rer, do. l. 1. C. de allu*. Nec ad rem facit interstitium alueoli. quia quēadmodum alias insula in flumine nata eius est cuius ripæ ea proximior est: *d. l. 7. § insula. 3. De acq rer. do* Itá in proposito idem multó magis erit, cum

popt

propter totius fluminis intercapedinem, tum quia accedit ius tacitæ alluvionis. Atqz hoc itá cōmuniter in toto tractu Isulæ Vidri, aliorumqz Transisulāiæ fluminum seruatur, vt quoties incremertum vado ab aggeribus separatur cum tamē fluuij alueus ipse ab altera incremēri parte tendat, incremētum eius sit cuius idem ripæ propius est. Plane etiam si id non itá foret adeóque incremētum propositum iure insulæ marinæ cēseamus, nihilominus iure occupationis id ipsum cederet primo possessori. *d.l.7.§. insula.de acq rer. dom.* Possessores autem Oostermadanos non modó occupasse, sed & incremētum hoc ab eo quoque tēpore cuius initij memoria nō exstat possedisse, non testimonijs modó sed & diuersis insttumentis publicis constabat. Proinde nec procurator id vsquequaque vrgebat, at interea donationē penitus iustam censebat ex donatione principali; Igitur id argumentum cuius momenti sit videamus. Et principio (tametsi principatus Pontificis siné Ordinibus transisulaniæ, regionis eiusdem nullus fuerit) cōsiderari oportet, donationē eā de alio incremēto accipi non posse, quā quod vel continenti vel ipsis Vicinæ insulis alluit. Ratio est, quia principis liberalitas itá semper accipienda est, ne præiudicium pariat tertio suo fruenti iure. *l.2.§.meritó D. ne quid in lo. pub.*

 cum

cum sim. Deinceps quando factum Principis potest referri ad ius commune, nunquā interpretamur id contra iuris definitionem, seu, vt doctores aiunt, non intelligitur dispensatum. *Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verb. princeps. pag. mihi. 35. num. 2. post Bald in l. honorum. C. qui adm, ad bon. poss.* Denique & si ponamus incrementum id nominatim quocunque titulo Vicinæ alienatum (de quo tamen non apparet) quia tamen alluvionis ius etiam supremi Principis fiscus alienare vetatur lege disertâ, *l. 3. C de allux. Nouel. Theodos. 10. Iulius Frontinus in lib. de lim. agr.* dicendum quoque est, Donationem pontificis hic propositam iure infirmam fore Ratio est quia alluvio ex iure gentium est *d. l. 7. §. i. de acq. rer. dom.* quæ autem eiusmodi sunt non tam facile mutantur lege civili *: §. pen. Inst. de iure nat. gent. & ciu.* Sed etsi donatio facta esset iure, tamen procurator is actio iam inanis esset medio vsucapionis. Namque alluvio & occupatio legitimus acquirendi titulus est, & possessio, vt ex instrumentis ac testimonijs palam est, triplo quadruploque vltra tempus legitimum continuata. Quibus ita examinatis de facto respondi secundum ea quæ proponuntur, incrementum de quo quæritur non ad rempublicam Vicinam sed possessores Oostermadanos pertinere, & procuratori

curatori vindicationem negandam.

Non cogi subditum ex quacunque vsurpatione alteri dynastæ quam suo obsequia præstare

CONSVLTATIO. 3.

Domina de Almelo questa est Satrapæ Tuentiæ, colōos suos pagi Fossarij antiquitus vel ipsis dynastis de Almelo, vel vnà cum subditis psorium Principi trāsisulaniæ, excubias & reliqua obsequia præstare solitos, eosdemque iam aliquoties à paganis VVijrdensibus, iudicij authoritate coactos vt obsequia Ordinibus Transisulaniæ prœberent coniuncti cum ijs. Cuius rei inhibitionen fieri postulabat, vtili interdicio vti possidetis. Firmabat intentionem suam quasi possessione pervetustâ; quippe quæ & vim tituli habet, *l.1.§.vlt.de aq.pl.arc. c.1.§.fin.de præscrip. in 6.* & amplius etiam priuilegij singularis *c. super quibusdam. 26.§. præterea.de verb.sgnif.cum .similib.* Contra VVijrdenses probabant illos subditos sui corporis & tribunalis esse, censusque & obsequia etiam eiusdem generis, coniunctos sæpius præstitisse cum ipsis? & nequaquam igitur actricem quasi possessionem suam, quo par est modo probasse. Ideoque præsumi obsequia, si quæ forte domino Almelöensi præstitissent, clandestina potiùs quam præstita ex iusta causâ.

iux. not. Bart. in. l. solent. §. non veró. de off. præs

Quando veró id ità sit, submouendam Dominam intentione sua, vti contrarijs probationibus improbatâ. Atque id quidem in proposito magis videbatur. Movet me, Quod constabat Fossarios subditos esse VVijrdensi parochiæ & tribunali, præterea quod, palam erat pleraque prædia Fossaria iure proprietatis Dominorum Almlôensium esse. Id enim suspitionem pariebat, obsequia eiusmodi Almelôensibus præstita vel precario vel lege locationis; idque communi Transisulaniæ more, quo coloni ex pactione conducti dominis suis annuatim aliquot seruitia præstare solent. Quod autem actrix probabat vnà cum Almelôensibus Fossarios Transisulaniæ Principi obsequia præbuisse: actus quidem quos demonstrandæ ei rei arguebat, licet antiqui tamen perpauci erant, præterea obsequia vnà cum VVijrdensibus præstita multó plura. Quamobrem in omnem eventum possessio saltem immemorialis Dominæ Almelôensi non subventura sit. Cum quia ea, ut loco tituli sit, continuata esse debuerit nec vnqnam aliter obseruata *per gl. in d. c. i. §. fin de præscrip. in. 6. quam & allegat Hostiens.* tum quia eandem nec clandestinam aut precariam oportuerit fuisse, *d. l. i. §. ult de. aq. plu arc:* Et quidē precarij præsumptio tanta erat hoc

casu

casu, cum ex multitudine actuum cum reis præstitorum, tum quia Fossarij alterius territorij erant: Vt ne interdicto quidem vti possidetis firmata Dominæ intentio esset. Quippe quod ipsum quoque ità demum locum habet, si possessio non vsurpata sit definito, tempore, vi, clam aut precario. *l. i. in prin. D. vti poss.* Proinde respondi Satrapam rectè facturum, si actrici iniungeret, vt titulum huius quasi possessionis ederet, eundemque saltem summatim (quod statuto Transisulaniæ ad amovendam suspicionem vsurpationis clandestinæ aut precariæ in possessorijs etiam requiritur) nominatim (probaret.

Fines castri emphyteutici quatenus á domino in feudum alteri vicino dari queant, vel quatenus in feudum concessi, accipi debeantur

CONSVLTATIO. 4.

Dux Montium vti comes Marchiæ Sempronio viro nobili in feudum dederat agro Setinos cum prædijs molitorijs eosdē iuxta sitis, quæ tamen Titius & ipse vir nobilis, antiquitus & ex successione paternâ, in eam vsque diē, intra fines castri sui, vnà cum districtu eiusdem, ab eodem Principe possidebat iure vectigali perpetuo. quæsitum est, an Titius

vi noui huius feudi in Sempronium collati prædia molendinaria cedere cogatur, Respondi non cogi. Quia nimirum liberalitas principis non est interpretanda præiudicio tertij. *l. 2. §. si quis á principe. D. ne quid in loco. pub.* Id autem fieret, si ex benificio hoc prædia litigiosa hic cedere cogeretur Sempronio. Prætera movebat, quod dicimus, neminem plus iuris in alterum conferre posse quam ipsemet habet. *l. nemo. 54. de reg. iur.* Quando veró possessionis vtilitatem ipse comes non habuerit, sed eam maiores ipsius Titio in emphytensin dederint, eandem Sempronio in feudum dari non posse, verius est. De imperio autem seu iurisdictione palam erat comitem non sensisse, quia cum id nec de reliquo feudi egisse constabat. Denique in proposito non in considerationem venire, quod Doctores dispu ant, an princeps privato iustâ ex causa ius suum queat auferre. *DD. in* l. *Lucius. D. de euict.* primó quia non liqueat principem id hic voluisse, dein si voluisset, necdum tamen de iustâ parebat causâ. Atque itâ magis videtur, nihil amplius hic à Principe, quantum quidem ad prædia molendinaria attinet intra fines castri Titiani sita, quam ius annuæ pensionis, seu canonis Sempronio in feudum collatum,

cum

Cum quia id hic minimum eſt, quod in dubio eligi oportet, *l. ſemper in obſcuris. de reg. iur. l. nemini. 6 de leg: 3. cum ſimilib.* Tum quia ita liberalitate comitis acceptâ tertio non præiudicatur *iuxta d, l. i, §. ſi quis. D. ne quid in lo. publ.*

De Separandis finib9 obſcuris & á longo tempore non cognitis.

CONSVLTATIO 5.

Municipes Ommenſes à colonis Averræis cõuenti, quod pecora actorum ex deſerto poſt Groenlandum Ommenſe aliquoties abegiſſent non iure , poſtulabantur interdicto vtī poſſidetis, vt ipſis eius rei inhibitio fieret. Contra Ommenſes, ſe armenta ac greges actorum abegiſſe iure. Quia iam inde ab eo tempore cuius initij memoria non exſtabat Deſertum ſuum (ipſum & Ommenſe dictum) poſſediſſent ſoli, & pecora Auerræorum inde abigere conſueviſſent. Eòque merito actores ab intentione ſua repellendos. Quæſtio facti magis quam iuris erat, & teſtimonia probandæ vtriuſque intentionis cauſâ producta cõplura at rei inter cetera proferebãt decretum ſatrapæ Sallandi (cui9 regulariter ibidem in cauſis poſſeſſionis iurisdictio eſt) quo erat Auerræis interdctum, Pecora ſua à Deſerto

eo continerent, donec alteros quæstione in rem finali mouissent. Denique Auerræi contra arguebant, se non raro etiam post id temporis deserto vsos. Quod tamen Ommenses è conra probabant etiam mulctis legitimis interdum vindicasse. Quæsitum est an Ommensibus ex proposito interdicto esset facienda inhibitio. Dubium mouebat principio quod nulli apparebant termini, Præterea actores vetustum de eâdem lite adferebant compromissum, quo conuenerat, vt dōec quæstio finiretur laudo, Auerræi quinorū telorum iactu à Groenlando Ommensi se continerent, at de laudo ipso non constabat. Sed et probabaut actores pecora sua longè vltra quinos iactus pastu submoueri. Respondi tamen, Cum Auerræi ex interdicto contendant, possessione autem iam olim authore iudice essent prohibiti: idicirco eis obstare exceptionem judicati, magisque Ommensium possessionem censendam iustam. *per l. iuste. de acq. poss.* Quandò enim duo in solidum possidere non possint, maxime cum vterque sibi possionem iustam defendit, *l. 2. in. prin. D. vti poss. l. 3. §. ex contrario. & ibi Bart. De acqu poss. Brōch. Cent. 4. enāt. c.* 1. Auerræos in postulatione suâ non admittendos. Nec mutat cōprōis sum cuius mentionem fecimus, quia id sentē

tiā

tiâ longè antiquius fuit ? Possessio etiam ab Auerræis interim vsurpata, quia nullo novo titulo proponitur munita, probabilius censeatur violenta, aut quã minimum clandestina. Minusque ad rem facit quod Desertum vti indiuisum etiam simul esse possit plurium, *l. sed & loci 4. §. si alter. D. fin.reg.* ideòque de possessione quoque censeri idem queat : quia vtriusque partis contentione communio negabatur omnino. Proinde magis est, singulas vniuersitates eas censeri loco privatorum. *l.eum qui.de verb.signif.* Sed cum nec sententiâ satrapæ quidem termini essent designati, rogatus quousque Auerræi litigioso Deserto essent prohibendi, Respondi ; quia ex adductâ tabulâ regionum earum palam erat, agrum Arrienum à Septentrione & Versenum ab Austro, vtrimque desertum Ommense concludere, Auerræorum verò agros iuxta eos omnes in Occidente sitos, perinde à Septentrione in Austrum protendi in porrectum, Vtrimque autem agri vicini illi ab Averræis erant distincti (inter quos Ommenses medij erãt) officio iudicis cõtineri, vt interim ij termini partibus statuãtur, qui positi sunt confinibus quorum omnino par cõditio est & situs. Misso nimirum agrimensore qui ità possessionem secernat ex bono & æquo, *l. si ir-*

ruptione.8.§.1.D.fin.reg. vt postea proprietatis quæstio finiatur commodius. *l.2.C fin.reg.c. quia iudicante,cum gl.super verbo.ad loca.ex.de præscript.*

Decreto vniversitatis nihil facile contra ius publicum admitti maximè in præiudicium aliorum qui eiusdem non sunt membra.

CONSVLTATIO. 6.

Nautæ nonnulli in portu Bloxilensi ab accolis cataractæ quæ ibidem est impediti erant ne Steinvvicum peterent ni prius merces suas aliquot horas ibidem prostituissent. Quæsitum est an non Ciuitas Stienvvicensis id interdicto aliquo prohibere posset. Secundum ea quæ proponebantur, Respondi, Non quidem interdictum competere, quia accolæ nihil in portu vel mari fecerint, nec nauigationem etiam contra interdictum eâ de re propositum, prohibuerint. *l.vn.D.vt in flum pubc. nau.lic.* sed iniuriarum actionem Stienvvicẽsibus paratam, quod nautis non satis libere portu ac flumine in vsum commerciorum daretur vti, *l.2.§.si quis in mari.9.D.ne. quid in lo.publ.arg.l.iniuriarum:14.§.fin.ff.de iniur* Eamque non solum corpori, sed & vnicuique

è populo

ẽ populo dandã. *arg. l. vn. §. hoc interdictum.* D *ne quid in flum. publ.* primò cum portus publici sint. *per vulg.* nec accolis Cataractæ cõcedatur facilè quippiam contra libertatẽ naturalẽ nisi quæsita eius rei seruitute, *per vulg. tex. & not* DD. *in l. altius. C. de seru.* Dein quod interſit reipublicæ negotiãdi cõmoditatẽ, cuiuscunque fluminis ac portus vſum omnibus patere. *arg: tit.* D. *ne quid in lo. publ.* Sed parum quidem ad rem facere exiſtimabam quod à parte Stienvvicenſium allegabatur, cataractæ refectionem plerumque ad cives pertinere ſuos: quia conſtabat ſatis id non reſpectu civitatis fieri, ſed quia ea res ad onus prædiorum ſpectabat quæ civium ſingulorum erant propria; niſi fortaſſe ordini municipali tanquam defenſoribus ciuitatis facilius quam cuiquam alij hanc actionem dicamus paratam? quippe & quibus iniuria qualiſcunque ea videatur facta; quorumque vel maximè interſit, eam in poſterum non fieri. Quod magis eſt. At multò minus obſtabat Ordini, quòd in defenſionem Bloxilenſium allegabatur, Portum & littus vt alium quemuis locum maris occupatum interim pro ea parte ſingulorum cenſeri, quâ quiſquam in ijsdem ædifcauerit, vel eadem occuparit *l. 2. l. 4. l. 6. l. Aristo. io. de rer. diuis.* quia id nunquam aliter eſt acceptum quam

si ea res nemini é populo impediat vsum. *l. 2. §. 4. ne quid in lo. pub. cum. similib.* Denique, illud penitus alienum á iuris ratione erat, quod accolæ portum quodammodo videbantur quasi possidere, eó quod eum cotinebant intra septa suarum habitationum: quia vicinitas ea domuum privatarum in flumine nihil penitus tribuit iuris. *l. vlt. de flumin.* Igitur nec quicquam iuris quoque tribuit in remoranda navigandi aut venundandi libertate. Proinde & quod de decreto Bloxileusium mouebatur nullius prorsus momenti est. quia constabat Bloxilenses ordinem non habere, ac si habeant maximé, decreto suo ius publicum nequeant immutare. Maximé quod id de quo quæritur et ambititiosum foret & in præiudicium tertij conventum, eóque non subsisteret in Stienvvicẽsium damnum. *tot. tit ff. de dec. ab ord. fac. iunc. not. Bart & aliorum in l. omnes populi. de iust. & iure.* Atque ità respondi consultus de facto ab illustibus Transisulaniæ Ordinibus.

An vniuersitas aliqua quenquam qui non sit é finibus sui districtus, exactione vectigali queat grauare.

CONSVLTATIO. 7.

Ac

Accolæ cataractæ & portus Bloxilensis statuto suo à navibus Stienuicensium & aliorum qui cataractâ vehi solent, singulis vecturis binos exigebant asses. Idque in necessariam reparationem portus. Quæsitum est an id fecerint iure. Dubium movebat, quod accolæ, licet non corpus municipij, tamen constituebant collegium nauiculare. Quod vniuersitatis genus vt iuris authoritate probatum est, itá & fere arcam solet habere communem *l. i. in prin. D. quod cuiusque vni. nom.* Igitur cum Bloxilensium non modó sed & publicè interesset portum conservari, & ipsi etiam in alias res peculio egerænt, necessariam eam exactionis videri causam. Idque vel ob hoc potissimum, quod alias obventiones communes non habebant. Consequebatur enim indè, Quod quemadmodum alias vectigalium institutio facta ex causâ necessitatis ad iura maiestatis non pertinet, *arg. l. omnes. C. de op. pub. vbi hoc rectorib. prouinciarum permitti videtur. fac. Bart. in l. 1. num 24. C. de mulier. lib. 10. Schurf cons 44. num. 2.* Itá in præsenti Bloxilenses quasi regalia vsurparent, ab exactione eâ non cohibendos. His accedit argumentum á simili, nimirum quod Doctores tradunt, nobilem qui novum extruxit pontem, in eodem rectè colligere vectigal, *Bal. in l. si plures. col. 4. vers.*

vidi

vidi dubitari. C. de condit. inst. Rebuff in tract. nō. q. 8. num 15. Iosep. Ludo. in comm. concl. c. 15. num. ii. vnde & idem videtur dicendum in collectis vniversitatis ad reparationem portus. Ex aduerso Stienuicenses movebant, Primó quod Bloxilēses, tametsi qualecunque collegium haberent nauiculare, tamen ius municipij non haberent, Eóque licet reparandi portus gratiâ de portorio aut gabella à suis nauibus exigenda convenire possent inter sese: tamen id non esse extendendum in præiudicium tertij. *Ioan. Fab in l. i. C. nou. vect. inst. non posse.* Quod quia ità de ciuitate constitutum est, *d. l. i. C. nou. vestig. inst. non posse.* idem de corpore quod ciuitate minus sit, dicemus multó magis. Idque argumento á maiori ad minus quod in iure nostro plerumque validum est. *not. in l. singularia. de reb. cred.* Etenim vel maxime prodesse videbatur ipsis, portorium, quod Doctores dicunt, venire nomine vectigalis. *ægid. Boss. tit. de vectig. num. 2. quem allegat & sequitur. Ios. Ludou. d. lo. num.* 2. Quando enim vectigalia noua instituere nemo sine consensu principis potest. *l. 4. C. eod. gl. & Panorm. in c. super quibusdā. de verb. signif.* de portorio quoque hoc sine consensu Ordinum instituto dicemus idem. Ratio autem prohibitionis eius est, quia ius vectigalium ad regalia

galia pertinet. *c. vn. quæ sint reg. in vs. feud. vbi Feudistæ.* hoc est ad iura maiestatis. Quæ quidem siné Principis permissu vsupare potest nemo. Idque vsque adeo ita est, vt si contraria consuetudo invaleat, habeatur pro abusu. *Ioan. Fab. in d l. i. C. nou. vect. inst. non posse. post Hostiens. in summ. de imm. eccles. §. a quibus.* Nisi tamen tantum temporis intercesserit, cuius initij non exstet memoria. *d. c. super quibusdam. ex. de verb. signif.* Et hoc igitur magis est. Nec ad rem facit quod pecunia ex vectigali redacta necessaria sit in reparationem portus aliosque vsus plures. quia nihilominus illud instituere non potuerint, siné Ordinum consensu, *l. i. vbi not. C. eod.* Sed & quod Bloxilenses allegabant *ex. l. z. C. de op. pub.* exigui prorsus momenti est, quia ibi non constituitur sine Principis permissu necessarias exactiones imponendas, sed hoc solum, Rectores provinciarum vt curarent quò muri ciuitatum vbique reparentur, subditosque omnes in eam rem tribuere oportere. Denique quãtum attinet ad argumẽtũ à simili desumptum, à nobili, inquam, qui ædificavit pontem, idità accipi oportet vt proponunt Doctores de eâ re tractantes omnes: nimirum, Nobilem qui legitimo more in ponte aliquo vectigal exigere consuevit, etiamsi destructo priore

alium ædificaverit, eo non obstante, post eiusdem restaurationem, pristino iure vectigal accipere. Id autem à proposito nostro alienum est, quo proponitur de ijs quibus exigendi vectigalis ius nullum est. Quibus ità positis, Respondi Bloxilenses sine Ordinum consesnu vectigal de quo quæritur, exegisse more malo, ideoque & in posterum eo prohibendos. Rogatus quemadmodum ergo portui conveniat provideri, Respondi, Ad cognitionem Ordinum pertinere, An quod vectigal pendere in eam rem opus sit, cuive eiusdem rei velint mandare curam.

De insula aucta & incremento alluvionis extensa iuxta insulam alterius.

CONSVLTATIO 5.

Insula Issulæ ad universitatem pertinens Randensem alluvione aucta frontem extendebat iuxta insulam Hengæam. Idcirco proprietarij Hengææ, incrementum istud quasi iure vicinitatis suum foret possessionem tentant vsurpare sibi. Qua re moti Randenses satrapæ Sallando questi sunt, vt ipsis conseruetur possessio interdicto retinendæ: quæsitum

tum eſt vti in poſſeſſione ſint defendendi. Dubium movebat ius vicinitatis, quo dicimus cuique agro cedere inſulam in flumine natam ripæ viciniori. *l. adeo. 7. §. inſula. 3. De acq. rer. dom. §. præterea vbi* DD. *de rer. diu.* Contendebant enim ob hoc Hengæi, poſſeſſionē Randenſium qualemcunque, clandeſtinam magis habendam quam iuſtam, cum alluvio omnis tacitè accedat, & quidem ita vt deprehendi niſi poſt tempus aliquod non poſſit. Plane quia de inſula tota ſtatutum eſt vt exorta ea ripæ cedat viciniori. *vt ex dd. leg. conſtat.* quin de parte quoque idem dicamus nulla ratio impedire videtur. *arg. eorum qeæ tradit Præſ. Euer. in lo. à toto ad partem.* Sed ijs non obſtantibus, magis eſt ius vicinitatis cedere iuri alluvionis, idque propter expreſſam iuris definitionem, quâ cautum eſt, id quod inſulæ meæ per alluvionem adijcitur, etiamſi vtrimque aucta procedat contra frontem ſuperioris prædij & inferioris: manere tamen incrementum illud meum. *tex. in l. inſula. 56. De acq. rer. dom.* Quod cum ità ſit Domino Satrapæ conſultus reſpondi poſſeſſionem Randenſium non clandeſtinam ſed iuſtiorem cenſeri. Eó quod titulus alluvionis ad amovendam ſuſpicionē deterioris clādeſtinæ, ſufficiat & increēntū ad-

adiectum vltra annum possedisse probentur. Neque veró ad rem facit ius vicinitatis *ex d. l.7.§.insula.* quia id, secundum ea quæ proponebantur, cedit alluvioni *.d.l.insula.56.de acq. rer.dom.* Cum ius vicinitatis dominium tribuat ità demum, si insula in flumine recens sit exorta, DD.*in d.l.adeo.§.insula.per illum text.*

Castro feudali alienato cum districtu & pertinentijs allodialibus, an iure Transisulaniæ prædia et molendina intra districtum sita alienata intelligantur

CONSVLTATIO. 6.

Henricus à Rechteren dynasta in Almelo Castrum cum districtu Almeloensi cesserat Hermanno á VVesterholten cum campis censu, & omnibus pertinentijs. Quæsitum est, cum castrum & iurisdictio feudalis sit, an fundi & molendina intra fines districtus & cis eosdem sita, vindicare hæredes vti allodia queant. Dubium movebat, quod in cessione castri cum districtu coram delegato ad feuda facta, relata in genere erant tam allodia quam feuda. Præterea toto in feudum dato,

to,& partes ità datas censeri, vt non minus hæ quam totum ipsum siné Domini consensu possint alienari.*c.imperialis.de proh.feu alien.per Lōt.c.imperialem. de proh.f. al. per Frid.* Accedebat argumentũm à simili, quo dicimus,quicquid intra fines alicuius districtus situm est,id omne pertinere ad cognitionem magistratus territorij totius.*c omnes basilicæ.16.q. 7. l. i. §.initio. De off præf. vrb.* Quemadmodum igitur illud palam erat castrum cum districtu,& plerisque pertinentijs feudale esse ita & consequi, qui causam á VVesterholtio nactus,prætendebat quicquid ei subiectum aut annexum eiusdem fore qualitatis. Ex aduerso hæredes á Rechteren contendebant, illud certum esse, iure Transisulaniæ neminem rem immobilem posse cedere adeoque nec eâdem alio modo privari, quam coram iudice vel loci,si libera sit, vel feudi si feudalis. Quando veró in præsenti contra factum sit, allodij sibi vindicationem esse. Nec mutare argumentum a toto ad partem, quia illud accipiatur de partibus contiguis & castro ipsi, vti fundo connexis.Ratio autem huius rei manifesta est ex præsumptione iuris, quâ vnaquæque res immunis á feudo uti specie servitutis censetur,donec allegans qualitatem mutatam,eam probet *l.altius.cum l.seq.*

l seq. C. de seru. & aq. Quam procedere receptum est etiam tum; cum fundus aliquis in ipso districtu feudali situs est. *Hostiens. et Panorm. in c. nimis de iureiur. commun. dicit Bellon. consil.* 10. *num.* 11. *vers. nam primo. Afflict. decis.* 267. *num.* 4. 5. 6. *vbi Fichard. in not. allegat Clarum Brun. & alios. Hieron. de Monte in trac. fin. reg. c.* 96. *n.* 4. *& in fine.* Idque eó magis in præsenti ità esse, cum prædia aliorum vicina sint allodia, *per doctrin. Isern. in c. i. num.* 3. *de controu. inter masc. & fem. Afflict. ibid. num.* 11. quanquam & idem sit, si vicina prædia sint feudalia. *Vult. lib.* 2. *de feud. c.* 3. *num.* 10. *cum ibi alleg.* Minusque ad rem facit quod allodiorum quoque coram delegato iudice feudali facta mentio est, quia id factum censetur iuxta tenorem præcedentium investiturarum, quæ omnes tam allodialium meminerunt quam feudalium. Quod ipsum manifestò arguit nullo singulari contractu feudali id effectum, vt allodia quæ per se sint, feuda efficiantur: Ac si id maxime non ità esset, nihil impedit vocem allodialium in investituris iteratam accipi de iurisdictione in allodia. Cum dominus territorij etiam singulorum prædiorum dominus dicatur, imperij scilicet respectu. DD. *in l. deprecatio, ad l. Rod. de iact. Hieron. de monte d. c.* 96.

num

num.9. Afflic: d.lo. num.6. Minus veró ad rem facit c.ōnes basilicæ.& l.i.§.initio. de off.præf. vrb.quia neutro loco de diversitate iuris dictionis feudalis&ordinariæ tractatur,ac si quod argumētum ex ijs huic re applicari possit,iustius id opponetur parti alteri ,hoc modo: Quod districtui alicuius magistratus insitum est, id ad cognitionem pertinet eiusdem, at veró ij de quibus agimus fundi,districtui insunt Prætoris Almelöensis, ergo cognitioni, eius subiecti sunt .Quo posito itá inferam, Quod cognitioni subiectum est Prætoris Almeloensis allodium est,hi fundi subiecti sunt cognitioni prætoris Alm.ergo & allodia. Prætorem autem Almeloensium de solis allodijs cognitionem habere palam erat.Et magis igitur est possessionem rerum de quibus quæritur interim collocandam apud hæredes á Rechteren esse,donec probaverit pars rea contrarium, *c.2.si de feud.def.cont.sit in ter:dom.& agn.*quod nimirum possessio apud duos in solidum eiusdem rei esse non possit,*l.5.§.fin: Com. Dominus Bronchorst primarius antecessor Lug.Bat.popularis meus cent.4.Enant.c.i.*

Finium Regundorum actio Stricti iuris an bonæ fidei sit.

CONSVLTATIO.10.

Cum

Cum quæreretur de fructibus lite finium motâ, quæsitum est, actio hæc bonæ fdei an stricti iuris sit, respōdi stricti iuris esse, idque ex cōmuni doctina Doctorum, *in §. actionum. verb. bonæ fidei sunt hæ. Inst. de action.* Dissensere quidē nōnulli quos Accursius allegat, *in d. §. actionum verb. diuidundo.* & Corrasius sequitur, argumento eius quod communi dividundo iudicium bonæ fidei est: sed perspicua harum rerum differentia est. Quod nimirum in rerum communione, vtriusque pro indiviso, in vtramque partem dominium est, ideoque iudex separando partes vtrique ante communes, ampliorem exercet potestatem quam in actione finali. Quippe in quâ non tam separatur ius aliquod vel res communis, quam perspicui redduntur limites rerum earum quæ iam ante divisæ fuerunt, Igitur illud in iudicando sequi oportet.

FINIS